



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Martinii Tridentini E Societate Jesu Sinicae Historiae Decas Prima

Martini, Martino

Monachii, 1658

Octavus Imperator Hiaus. Imperavit annis XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11848

OCTAVUS IMPERATOR

H I A U S.

Imperavit annis xv.

HIAUS I s i s frater natus minor, exclusis nepotibus, per vim in-
 vasis imperium; in quo tamen administrando pariter atque
 obtinendo ars ejus & industria enituit. Equis porro mirifice
 delectabatur; optimos ubique conquiri jubens. FIC I U M ex infimo
 fortunæ gradu hominem ad amplos honores extulit, eò solum nomi-
 ne, quòd equos scitè aleret, domandique & condocerendi peritus
 magister esset. Quin etiam cum eorum aliquando se oblectaret aspe-
 ctu, præter morem generosos atque instructos videns, industriam
 FIC I I dynastiâ, quæ ad regionem CIN dictam spectabat, in eâ parte
 provinciæ X E N S I, quâ Occidenti obvertitur, muneravit. Ignarus
 quantum sub eâ gratiâ inclusum lateret malum. Nam hujus FIC I I
 posteritas, abstracto ab ejus familiâ imperio, ipsa successit, ut in tem-
 pore memorabo.

*Cyclo 30. anno
 49 ante Chri-
 stum 294.
 Equorum
 amor.*

Memorant, hoc Imperatore, præcipiti grandine desuper cadente,
 jumenta & homines communi ruinâ involutos atque oppressos
 fuisse; inusitato etiam gelu fluvij rigentibus.

*Ingens grand-
 do.*

NONUS IMPERATOR

I S.

Imperavit annis xvi.

QUINDECIM violentæ potestatis annis exactis H I A U S moriens
 imperium ad filium I s i s patrum nomen referentem transmi-
 sit. longè sibi disparem, libidine ac levitate insignem; summâ
 rerum ignorantia, ingenio adeò hebeti, ut quibus officijs excipiendi
 tractandique venientes essent, nunquam potuerit addiscere. Ita rustico
 pudore stupidus ac timens, nequid offenderet in publicum; nullos un-
 quam vel legatos, vel regulos in conspectum suum admisit. At enim

*Cyclo 31. anno
 4. ante Chri-
 stum 896.*

N 3

privatâ